



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Ecclesiastici qua ratione poßint licitè organis in suis Ecclesis vti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

## Organorum usus. 437

te licentiae sui superioris: ex parte moturi ad suscipiendum ordinein, si ob lucrum &c.

*Ecclesiastici qua ratione possint licite organis in suis Ecclesias uti.*

Organorum usus in Ecclesia licet sit nonus (in cuius signum Ecclesia Romana adhuc non vietatur eis coram pontifice) licitus tamen est pro carnalibus adhuc fidelibus & imperfectis. Nulla tamen ratione licitum est inter diuina in organis canere seu pulsare seculares cantus, aut plausus: aut, quod peius est, turpes & amatorias cantilenas. Et ratio est: quia sonus organorum appositus est diuinis officiis, ut pars Ecclesiasticae solennitatis. Inserere autem diuinis ut partem solennitatis prophana & turpia, nihil aliud est quam coniungere Christum cum Belial, lucem cum tenebris. Unde per se loquendo, crimen est superstitionis sacrilegæ: & peccatum mortale talis mixtio: contraria tam fini diuini cultus, scilicet ut excitetur deuotio, quam veritati Ecclesiae, contra cuius ordinationem loco antiphonari & diuinæ laudis offeruntur ex ipsius Ecclesiae persona prophana hæc à falsariis ministris. Nec excusat ex eo quod sonus abstrahit ab omni materia, & quælibet melodia soni potest ad sacra verba applicari. Tum quia secundum rei veritatem isti soni sunt ut accommodati ad delectationem auditorum: qui non nouerunt illos nisi ut sonos illorum verborum prophonorū aut turpium. In cuius signum audientes, ex illo sono excitantur ad illa prophana seu turpia, ut experientia testatur: ita quod non est locus inficiioni. Tu quia cantus etiam abstrahit ab omni materia: & tamē Ecclesia interdixit prophanos cantus in Ecclesia: ut cantus theatrales: ut patet dist. xcii. cap. cantantes. Memento hic Apostolæ sententiae, Nolite errare, Deus non iridetur aut fallitur,

## 438 Ornatus exterior.

fallitur. Inuoluuntur autem eodem crimen non solum pulsantes, sed qui conducunt & consentiunt pulsantibus hæc: vt impleatur scriptura, Gloriati sunt qui oderunt te, in medio solennitatis tuæ. Excusandos tamen illos crediderim, qui simplici corde credentes licere non turpia, sed vana quasi pro recreazione pulsare, pro eo quod ubique sic vident fieri, erauerunt: ita quod si sciuisserent criminorum esse non fecissent. tales enim ex ignorantia probabili errauerunt: quia Ecclesiastici pastores non quæsierunt quæ I E S V Christi sunt. Excusantur à tanto, quamvis non à toto.

A turpium autem fono nulla ignorantia excusare potest, quia continet statim dissonantiam & contrarietatem ad I E S V Christi solennitatem.

### *Aditus exterior præcipue ornatus, an & quando vertatur in peccatum.*

O rnatus exterioris peccatum ex septem capitibus pender. Primo, ex fine ornantis se. Secundo, ex sollicitudine eiusdem. Tertio, ex consuetudine seu legge. Quartu, ex qualitate ornatus in se. Quinto, ex fuso. Sexto, ex pretiositate. Septimo, ex scandalo.

Caput primum commune est etiam quibuscumque bonis operibus, & propterea manifestum est.

Si enim quis ornat se ob superbiam, inanem gloriam, aut ad prouocandum ad malum &c. & ipse ornatus malus est iuxta malitiam illius finis: Ita quod si finis est peccatum veniale ( puta ut appareat pulchra, aut ditionis, aut superior ) vanitas est, ac per hoc veniale peccatum.

Si vero finis est peccatum mortale ( ut si intendit prouocare ad sui malam concupiscentiam) ipse quoque ornatus est mortale peccatum.

Caput secundum (scilicet affectuosa sollicitudo ad ornas)